



# Boletín Oficial

DEL  
Obispado de Osma

Año LV.

28 DE FEBRERO DE 1914

Núm. 3.<sup>o</sup>

**SUMARIO:** Obispado de Osma: Circular sobre el cumplimiento del precepto pascual.—Motu Proprio sobre las Comisiones de la S. Congregación de Ritos y el orden de los consultores litúrgicos.—Congregación de Ritos: El bautismo administrado en casa.—S. Congregación del Índice: Condenación de las obras de Maeterlick y sumisión de varios autores.—XXV Congreso Eucarístico Internacional: Carta del Ilmo. Sr. Obispo de Namur, Presidente del Comité permanente.—Conferencias eclesiásticas.—Cuestionarios.—Crónica diocesana: Santas Misiones.—Bibliografía.—Peregrinaciones.

## OBISPADO DE OSMA

### CIRCULAR

Núm. 42.

Cumplimiento pascual.

Según la antigua costumbre de la diócesis, comenzará el tiempo hábil para el cumplimiento pascual el próximo domingo tercero de Cuaresma, día 15 de marzo, y terminará en la fiesta de Pentecostés, día 31 de mayo.

Para que a todos nuestros muy amados diocesanos que hayan llegado al uso de la razón les sea fácil cumplir el gravísimo precepto de la confesión anual y la comunión de la Pascua, y a nuestros venerables Sacerdotes no les sean gravosas las obligaciones especiales de este tiempo, venimos en renovar todas y cada una de las disposiciones que hemos dado anteriormente, como están contenidas en nuestra Circular de 13 de febrero del año último:

1.<sup>o</sup> A todos los Sres. sacerdotes que tengan licencias para oír confesiones en nuestra diócesis, les concedemos la facultad de absolver de reservados sinoda-

les y la de habilitar *ad petendum*, mientras dure el tiempo del cumplimiento pascual.

2.º Los Sres. Curas Párrocos, Ecónomos y Coadjutores regentes señalarán uno o varios días para el cumplimiento, cuidando de llamar a los Sacerdotes de los pueblos inmediatos a fin de que los auxilien en este ministerio.

3.º En las pláticas parroquiales de todo este tiempo recordarán con insistencia a sus feligreses cuán grave es esa obligación que a todos nos impone la Iglesia, qué pecado comete el que la omite, y cómo redonda está falta en mengua de la religiosidad y buen nombre de los pueblos.

4.º La confesión y comunión de las santas Misiones servirán para el cumplimiento pascual, aunque se hagan antes del tercer domingo de Cuaresma.

5.º En el cuarto domingo, se leerá en castellano, en todas las iglesias, al ofertorio de la misa parroquial, el decreto sobre la primera comunión, inserto en el Boletín del 30 de marzo de 1912, y anunciarán los Sres. Curas en qué día, dentro del plazo arriba expresado, han de comulgar todos los niños que hayan llegado al uso de la razón.

6.º No sólo cuidarán de examinar de Doctrina cristiana a los adultos y de explicarles a éstos durante la santa Cuaresma lo necesario para confesarse bien y comulgar dignamente, sino que darán además a los niños de primera comunión las explicaciones precisas durante varios días.

7.º En la semana de Pentecostés enviarán a los señores Arciprestes las Relaciones Parroquiales conformes con el modelo que tuvimos a bien prescribir en nuestra circular de 30 de marzo de 1912, a fin de que ellos puedan remitirlas a nuestra Secretaría de Cámara y Gobierno antes de la fiesta del Smo. Corpus Christi  
Burgos de Osma, 28 de febrero de 1914.

† EL OBISPO

# ACTA PI. PP. X

## MOTU PROPRIO

DE ABOLENDIS COMMISSIONIBUS S. RITUUM CONGR.  
ADIUNCTIS ET DE NOVO ORDINE CONSULTORUM PRO RE  
LITURGICA INSTITUENDO.

PIUS PP. X

Quanta semper cura Decessores Nostri advigilaverint, ut ea qua pars est pietate, religione et magnificencia coleretur Deus atque laudaretur in Sanctis suis, facile deprehendat quisquis reputet quae templa ab ipsis excitata fuerint, quae leges ad sacra facienda sanctitiae, qui denique ritus divinorum officiorum pro diversitate temporum praescripti. Quae ut integra manerent, vel sapienter et sancte temperarentur f. r. Sextus V Apostolica Constitutione «*Immensa*» sacrorum Rituum Congregationem instituit, cui duplex praecipue demandavit munus, videndi statuendique de iis quae ad sacros ritus latinae Ecclesiae spectant. et curandi quae ad beatificationem et canonizationem Sanctorum referuntur. Quae omnia Nosmet ipsi in Constitutione Nostra «*Sapienti consilio*» confirmavimus.

Quo autem facilius utriusque generis negotia expedirentur, et Consultorum inductus est ordo, *praelatorum* nempe et *theologorum*, qui praecipue in singulis causis beatificationis et canonizationis suffragium ferrent super virtutibus, martyrio et miraculis Servorum Dei; et asciti sunt caerimoniarum magistri, a quibus sententia exquireretur de iis quae sacros ritus et caerimonias attingunt. Verum exortis quaestionibus et gravibus et arduis circa veteres Ecclesiae ritus et normas a patribus traditas, quibus et divina officia ordinanda sunt et concentus sacer regendus, itemque circa historias Sanctorum, cum caerimoniarum magistri ad omnia haud sufficerent, res ipsa postulavit, ut

viri consulerentur rei liturgicae et christianaæ antiquitatis specialiter periti: quo factum est ut tres peculiares *Commissiones* sacrae Congregationi Rituum adiunctæ sint, liturgica, historico-liturgica et pro sacro concantu, - de quibus in commemorata modo Constitutione mentionem fecimus - quæ tamen essent tamquam externa instrumenta ad investigationem veri, non ipsius Congregationis membra; cum harum commissionum participes nūmquām in consiliorum numerū relati sint. Quod si ad tempus hunc commissionum statum retineri placuit, iam integritas Congregationis exigit, ut illae funditus mutentur, atque ad ipsam roborandam expoliendamque Congregationem convertantur.

Quapropter, in consilium exhibitis aliquot S. R. C. Cardinalibus, nonnulla decernere visum est, quæ nunc Motu-proprio observanda statuimus, edicimus.

Sacerorum Rituum Congregationis Consultores in duas classes seu sectiones sint divisi, alii ad suffragium ferendum in causis beatificationis et canonizationis, alii pro rebus ad liturgiam et reliquias Sanctorum quoquo modo pertinentibus. Sed nihil prohibet, quominus unus idemque Consultor in utraque sectione numeretur. Erit autem Cardinalis Praefecti eos Nobis proponere ad munus Consultoris assumendos, qui non solum vitae honestate, sed ea quoque scientia sint instructi, ut idonei ad suffragium in quaestionibus sibi commissis recte ferendum videantur.

Igitur qui in primam sectionem ascribendi erunt, doctrina, integritate spectati atque aetate proiecti homines intelligent onus sibi demandari maximi momenti, in quo cauta diligentia ac magna maturitate procedendum est.

Ii vero qui in altera sectione erunt anumerandi, pollere debent in primis scientia liturgiae, tum rerum affinium, ut historiae, hagiographiae, cautus ecclesiastici et aliarum huiusmodi. Cum autem difficile

admodum sit plures invenire qui in omnibus his excellant, curandum erit, ut nonnulli saltem sint, qui in aliqua ex doctrinis liturgiae finitimiis vere sint excellentes.

Itaque, cum ex una parte volumus ut ii omnes, qui in praesenti numerantur Consultores, in eodem munere perseverent et primae sectioni maneant adscriptum ex alia parte omnes et singulas Commissiones quae Congregationi sacrorum Rituum hucusque fuerunt adiectae, hoc Nostro Motu Proprio suppressimus et omnino suppressas declaramus.

Dilecto autem Filio Nostro Cardinali huius S. Congregationis Praefecto in mandatis damus ut quamprimum Nobis viros proponat, qui secundum praescripta Nostra possint a Nobis assumi ad munus consultorum sectionis secundae.

Hanc vero Nostrae voluntatis declarationem volumus et iubemus futuris quoque temporibus religiosissime in omnibus et singulis servari, constitutionibus, ordinationibus apostolicis, privilegiis aliisque contrariis quibuscumque, etiam speciali atque individua mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum die xvi ianuarii anno MCMXIV, Pontificatus Nostri undecimo.

PIUS PP. X

---

## SACRA CONGREGATIO RITUUM

---

BELLUNEN.

DE BAPTISMO DOMI COLLATO

Proposito dubio a Rmo. Ordinario Bellunensi «An Baptismus de licentia Episcopi seu Ordinarii domi collatus, extra mortis periculum et urgentem neces sitatem, cum omnibus caeremoniis Ritualis Romani sit administrandus», sacra Rituum Congregatio,

andito Commissionis Liturgicae suffragio, respondendum censuit: *Affirmative.*

Atque ita rescripsit die 17 ianuarii 1914.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus L. X S.*

† Petrus La Fontaine, Ep. Charyst., *Secretarius*

## S. CONGREGATIO INDICIS

### I.

#### DECRETUM

*Feria II, die 26 ianuarii 1914.*

Sacra Congregatio eminentissimorum ac reverendissimorum sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium a sanctissimo Domino nostro Pio Papa X sanctaque Sede Apostolica Indici librorum pravae doctrinae, eorumdemque proscriptioni ac permissioni in universa christiana republica praepositorum et delegatorum, habita in palatio Apostolico Vaticano die 26 ianuarii 1914, damnavit et damnat. proscriptis proscribitque, atque in Indicem librorum prohibitorum referri mandavit et mandat quae sequuntur opera:

MAURICE MAETERLINCK, *Opera omnia.*

Itaque nemo cuiuscumque gradus et conditionis praedicta opera damnata atque proscripta, quocumque loco et quocumque idiomate, aut in posterum edere, aut edita legere vel retinere audeat, sub poenis in Indice librorum vetitorum indictis.

Quibus sanctissimo Domino nostro Pio Pp. X per me infrascriptum Secretarium relatis, Sanctitas Sua Decretum probavit, et promulgari praecepit. In quorum fidem, etc.

Datum Romae, die 27 ianuarii 1914.

FR. CARD. DELLA VOLPE, *Praefectus.*  
L. X S.

Thomas Esser, O. P., *Secretarius.*

Karl Holzhey, Luigi Renzetti, Sebastian Merkle  
Stéphen Coubé Decretis huius S. Congregationis, qui-  
bus quidam eorum libri prohibiti et in Indicem libro-  
rum prohibitorum inserti sunt, se subiecerunt.

In quorum fidem, etc.

Thomas Esser, O. P., *Secretarius.*

## XXV CONGRESO EUCARÍSTICO INTERNACIONAL

CARTA DEL ILMO. SR. OBISPO DE NAMUR, PRESIDENTE DEL COMITÉ PERMANENTE

*Illusterrissime ac Reverendissime Domine,*

Vigesimum quintum Congressum eucharisticum in-  
ternationalem celebraturi, non potuimus in sedem ip-  
sius Galliam non diligere, ubi isti Congressus ortum  
habuerunt, et ubi priores fere omnes fuerunt celebra-  
ti. Nec ancipites haerere debuimus, in quam urbē  
proximus Congressus celebrandus esset. Etenim, si  
per Mariam ad Jesum eundum est, procul dubio oppi-  
dum Lourdes hunc Congressum quasi jure proprio sibi  
vindicat. Ibi siquidem beatissima Virgo a multis annis  
fideles ad Filium suum in Eucharistia adducit, et be-  
neficia sua coram SS. Eucharistia plerumque distri-  
buit.

Quare proximum Congressum in oppido Lourdes  
a die 22<sup>a</sup> ad 26<sup>am</sup> Julii celebrantes, per manus Mariae  
obsequia solemnia Regi nationum deferemus, et a Ma-  
ria descemus quomodo Filium ipsius semper magis ac  
magis colere debeamus.

Ad hunc Congressum Dominationem Tuam Illus-  
trissimam humiliter et instanter invito, simulque rogo  
ut ei modo jam benedicas eumque precibus tuis Dō  
commendes. Vehementer etiam cum Concilio perma-  
nente exopto, ut fideles tuae curae commissos ad hunc  
Congressum frequentandum hortari velis, eosque inci-  
tes, ut si illi adesse non possunt, saltem mente et cor-  
de se illi conjungant. Ad quod praestandum, eos invi-  
tare debet benignitas Summi Pontificis qui Indulgen-

tiam plenariam concesit iis omnibus qui in quocumque orbis parte sacram communionem die 26<sup>a</sup> Julii suscipient, in unione cum iis qui processioni in oppido Lourdes intersunt.

Optandum sane esset, ut in tota Ecclesia fieret quod anno praeterito in aliquibus dioecesibus factum fuit, et ita dies qua Congressus concluditur evadat dies triumphalis SS. Eucharistiae dicatus. Talis sane erit, si v. g. fideles per triduum praeparentur, si die 26<sup>a</sup> SS. Eucharistia venerationi fidelium exponatur, si communio generalis instituatur, si processio solemnis habeatur, vel alia exercitia publice celebrentur.

Haec pietati et zelo Dominationis Tuae Illustrissimae commendo, simulque cum omni veneratione permaneo.

Dominationis Tuae Illustrissimae

humillimus famulus

† Th. Lud. Ep. Namurcen. praeses.

Namurci (Belgique), 26 ianuarii 1914

Illustrissimo ac Reverendissimo domino domino  
LAGO Y GONZÁLEZ, Ep.

---

## COLLATIONES ECCLESIASTICAE

---

AGENDA IN COLLATIONE I DIE XVI MENSIS APRILIS 1914

*Quaestio Moralis*

An restituere debeat qui dubitat utrum damnum secutum ex sua actione evenerit? An damnum alicui obveniens occasione injustae actionis ab alio patratae? An vel quando ad restitutionem teneatur qui alium impedit a consecutione alicujus boni?

*Casus.*

Januarius, vir pius ac dives jampridem edisserat se in morte velle cuidam religiosae familiae legatum grave relinquere seu donare. Cum autem in gravem

morbum incidisset, advocari notarium cum duobus testibus ad suam ultimam voluntatem testamento exprimendam. Verum quidam ejus filius, qui pium parentis propositum aliunde sciebat, fingit nuntium ad notarium mittere, at fraudulenter patri respondet notarium in domo non esse, ac ideo testamentum confidere minime posse. Hinc accedit, ut absque testamento pater inopinato successu moreretur, et filius in omnia bona succederet, proindeque illa religiosa familia legato pio privaretur. Quaeritur: An talis filius aliquid communitati restituere debeat? Quid si ex odio in hanc congregationem patri obstitisset ne testamentum condideret?

*Quaestio Liturgica.*

Quandonam omittenda sunt preces quae in fine Missae dicuntur?

IN COLLATIONE II DIE VII MENSIS MARII.

*Quaestio Moralis.*

QD: An teneatur ad restitutionem iniquus officiorum distributor? Quid de Beneficiis ecclesiasticis per concursum, etiam in Hispania?

*Casus.*

Julius, caupo, lucrifaciendigratia, mercium ciborumque copiam minori notabiliter pretio quam alii caupones hospitibus suis proponit et tradit, ut ita plures hospites ad se confluant, et ad alias cauponas non redeant. Ita res succedit; quare alii caupones, cum hospitia sua deseriri cernant, contra Julium ejusque agendi rationem acriter invehuntur: hinc fit ut, cum ad confitendum accedit, a confessario severe carpitur, et de gravi peccato tum contra caritatem tum contra justitiam damnatur, atque id peragere omnino prohibetur. Quaeritur: An Julii agendi modus sit reprobandus, necne? An confessarius recte se gesserit in reprehensione et prohibitione Julio intimata?

*Quaestio Liturgica.*  
In oratione *A cunctis...* quod nomen, ad litteram N  
exprimi debeat.

IN COLLATIONE III DIE XXII MENSIS MAI

*Quaestio Moralis.*

An teneatur reparare damnum qui incendit domum  
alterius inviciliter ignorans esse assecuratam?

*Casus.*

Robertus ira percitus in Paulum, hujus domum,  
incendio excitato, non solum non extinxit, cum facile  
posset, sed penitus destruxit. At vero ignorabat hanc  
domum assecuratam esse, secus numquam eam incen-  
deret, quia non Paulus sed societas assecurationis to-  
tum damnum subire debuit. Nunc autem, ut animae  
suae consulat, rem totam aperit confessario, unde  
quaeritur: An Robertus restituere teneatur? Cui res-  
titutio facienda in casu tum ante tum post judicis sen-  
tentiam?

*Quaestio Liturgica.*

Cum dedicatio ecclesiae cathedralis et ejusdem Ti-  
tularis, etiam extra ipsam cathedralem, sit festum pri-  
marium; censenda estne vetita Missa exequialis in  
cantu, praesente cadavere, in praefatis festis?

IN COLLATIONE IV DIE IV MENSIS JUNII

*Quaestio Moralis.*

Quinam et quot sunt cooperatores positivi? Quis  
dicitur mandans seu jubens et ad quid tenetur? An  
etiam reparare damnum debeat, quod mandatarius ex  
errore alteri fecit?

*Casus.*

Amalius famulo suo imperavit, ut quamdam pecu-  
niae summam determinatam surriperet; verum famu-  
lus majorem summam accepit et excessum sibi retinuit.  
Alias idem vindicta motus alteri famulo mandavit, ut  
praedium Patri destrueret, sed famulus in mandati exe-

cutione ex errore vastavit praedium proximum Bernardi: Quaeritur: An Amalius ad aliquid teneatur pro excesso furti a famulo commissi, et an debeat damnum reparare ex errore mandatarii patratum, necnon damna mandatario obvenientia?

*Quaestio Liturgica.*

In Missis de Vigilia vel de Feria, dicendumne est *Credo* ratione Festi vel octavae Symbolum habentis?

IN COLLATIONE V DIE XVIII MENSIS JUNII

*Quaestio Moralis.*

Consulens quando peccat contra justitiam et ad quid tenetur? An qui consulit minus malum ad majus avertendum, vel modum jus alienum violandi reparare damnum debeat, et utrum primario vel secundario?

*Casus.*

Basilius, cum officinam quamdam, absente domino, cerneret, dixit Joanni amico: si quid de mercibus velis surripere, nullus te videbit: quo audito Joannes se resolvit, et plura certe abstulit. Insuper, a Longino haec audivit: Vellem hac nocte equum vicini furari, sed timore canum deteneor; ait autem illi, ne timeas: suadeo enim tibi, ut potius tempore Missae illum accipias. tunc quidem etiam canes aberunt; quare Longinus tempore Missae equum vinici solvit et rapit. Quaeritur: an in utroque casu, Joanne et Longino deficientibus, Basilius restituere teneatur?

*Quaestio Liturgica.*

In Missa de Vigilia vel de Feria, omittenda estne tertia oratio quando in ea peragenda est commemorationis officii duplicitis in die occurrentis? Quid de oratione pro defunctis in hujusmodi Missis?

IN COLLATIONE VI DIE II MENSIS JULII

*Quaestio Moralis.*

Consentiens quando tenetur vel non ad restitutio nem? An debeat restituere qui dat injustum suffragium, si non desint alia suffragia jam sufficientia ad damnum?

*Casus.*

Cum lis inter Petrum et Blasium de jure quodam moveretur, judices, numero quinque, muneribus induci, contra aequitatis leges Blasio jus tribuerunt, sed absque conspiratione. Duo autem judices, qui posteriori loco suffragium debere, contendunt se nulla restitutionis obligatione ligari, eo quod licet in damnum consenserint, in illud tamen nullo modo influxerunt. Alias, unus ex judicibus sciens injustam sententiam contra Petrum esse prolaturos, nolens neque ipsis connivere neque displicere, cum caeteri ad tribunal se conferunt, ipse lectum petit se aegrotum fingens, sicque utrumque vitavit scopulum. Quaeritur: An in casu omnes praedicti ad restitutionem sint obligandi? An etiam qui suffragium non tulit, cum posset?

*Quaestio Liturgica.*

In Missis pro sponsis et in aliis votivis ex privilegio celebratis, in duplicibus, adjungine debet tertia Oratio?

IN COLLATIONE VII DIE XVII MENSIS JULII.

*Quaestio Moralis.*

Quinam dicuntur Palpo et Receptans, atque obligationes utriusque quaenam sunt?

*Casus.*

Victor, caupo, libentissime et frequenter in hospicium suum admittit filios familias, quos novit consumere bona parentibus invitis substracta; alios vero quoque filios recipit, qui pecunia carent ad expensas quas faciebant solvendas, ita ut debita a parentibus postea extingueda valde cumulentur. Quaeritur: An Victor in primis ad restitutionem erga parentes filiorum sit cogendus? et aliunde an parentes praefata filiorum debita solvere teneantur?

*Quaestio Liturgica.*

Cessatne privilegium Missae votivae pro sponsis in fériis et vigiliis in quibus juxta novas rubricas prohibentur Missae votivae privatae? Quodnam Evan-

gelium legendum esset in fine si Missa pro sponsis tunc diceretur?

IN COLLATIONE VIII DIE VI MENSIS AUGUSTI.

*Quaestio Moralis.*

Participans in actione dammossa quando a restitu-  
tione excusabitur? An vel quomodo licita sit coopera-  
tio immediata ad damnum proximi, et quando licita  
erit cooperatio mediata?

*Casus.*

Raimundus famulus et domi custos solus a latroni-  
bus invaditur, metu mortis adigitur ad patefaciendam  
domini arcam pecuniariam, ad res furtivas cum ipsis  
asportandas, et ad scalam eisdem tradendam, qua vi-  
cinam domum ingredi possint. Ut vitam servet inco-  
lumem, ad omnia haec Raimundus libenter accedit.  
Quaeritur: An et quomodo participans in actione dam-  
nosa restituere teneatur? An Raimundus in omnibus  
casus adjunctis injustitiae sit arguendus vel coopera-  
tor injustus censendus?

*Quaestio Liturgica.*

In Missa votiva de Ss. Corde Jesu, quae permitti-  
tur prima feria 6.<sup>a</sup> cujusvis mensis, fierine debet com-  
memoratio de feriis Adventus et Quadragesimae?

IN COLLATIONE IX DIE XX MENSIS AUGUSTI

*Quaestio Moralis.*

Qui dicuntur et quinam sunt cooperatores negativi?  
Quid requiritur ut ad restitutionem teneantur?

*Casus.*

Aurelius, paterfamilias, modo ex gravi negligentia,  
modo ex aliena incuria non impedivit damna vicinis  
sive a filiis sive a famulis illata, quamvis ea impedire  
facile potuisse; requirentibus autem damnorum repa-  
rationem respondet, se nemini nocuisse. Cum alias  
ejus filius major vas aliquod pretiosum alterius vicini  
fregisset, hunc pretium exigentem acriter e domo  
expelit. Quaeritur: An paterfamilias filiorum et domi-

nus famulorum damna resarcire debeant, etiam ante judicis sententiam? Quid Jus Hispanum circa hoc statuit?

*Quaestio Liturgica.*

An Missa votiva de Ss. Corde Jesu prima feria 6.<sup>a</sup> in mense (ubi de consensu Ordinarii fiunt exercitia pietatis...) licita sit in die Octava, vel etiam infraoctavam non privilegiatam festorum Domini, quando de eis recitatur integrum officium?

IN COLLATIONE X DIE III MENSIS SEPTEMBRIS

*Quaestio Moralis.*

An confessarius qui ex gravi negligentia vel ignorantia poenitentem monere omisserit de restitutione facienda, loco ejus restituere debeat? Famuli qui culpabiliter non impediunt damna heris suis illata ea compensare debeat?

*Casus.*

Lucius famulus videns extraneos varias res domini surripere, ex incuria vel etiam ex timore non obstat nec id hero denuntiat. Praeterea, Ambrosius confessarius, cum restitutionem ab aliquo poenitente exigere ex gravi negligentia omisisset, a proprio moderatore seu confessario jussus est, ut ipse, loco poenitentis, qui jam impotens evaserat, restituat vero domino. Quaeritur: An famulus debeat restituere, et quid dicendum tam de Ambrosio tam de ejus confessario?

*Quaestio Liturgica.*

Aliquibus ecclesiis concessum est ut legant Missas pro defunctis etiam diebus duplicis majoris, bis vel ter in hebdomada, ejusmodi privilegium valetne pro vigiliis et feriis propriam Missam habentibus?

## CRÓNICA DIOCESANA

**Santas Misiones.**—Del 4 de enero al 15 del corriente dieron misiones los RR. PP. Julián Sautu y Mariano Carbajo, de la Compañía de Jesús, en Quintana Redonda, Tardelcuende, Tardajos, Cubo de la Solana, Los Rábanos, Navalcaballos, Villabuena, Las Cuevas de Soria, Las Casas de Soria, Fuentetoba, Villaciervos y Villaciervitos. Y, como en las anteriores, han sido muy abundantes los frutos de salvación; pues se han reconciliado con Dios no pocas almas que vivían alejadas de Él, se han distribuido sagradas comuniones en número verdaderamente extraordinario, y en todas partes se ha avivado la fe y renovado la piedad de manera prodigiosa. En algún pueblo hicieron los pastores verdaderos sacrificios para no perder un solo día de la santa misión; en otros, acudieron a los piadosos ejercicios todos los habitantes, sin que faltara uno solo ni aun al primer acto de la mañana. El clero ha cooperado generosa e infatigablemente a la obra de los santos misioneros. Dios nuestro Señor bendice con mano pródiga la apostólica labor de los insignes hijos de la Compañía de Jesús. ¡Bendito sea su santo nombre!

## BIBLIOGRAFÍA

**Ibérica, revista semanal ilustrada.**—No conocemos ninguna revista española de ciencias físicas y naturales comparable con esta publicación de los PP. Jesuitas del Observatorio del Ebro (Tortosa). Todo en ella es sólido y precioso; la elección de los asuntos, acertada; la información, exacta; los grabados, muy claros; el lenguaje, escogido y castizo.—Suscripción: 5 pesetas cada semestre.

**El Siglo de las Misiones, revista mensual ilustrada.**—Conocidos son *Las Misiones Católicas* y los *Anales de la Propagación de la Fe*. La nueva revista, de los PP. Jesuitas de Bilbao, editada en papel de lujo, ocupa ya al lado de aquellas un lugar distinguido, por la amenidad y el interés de las narraciones, la exactitud de las noticias históricas y geográficas y el primor y belleza de los grabados. Esta publicación ha de contribuir en gran manera a aumentar la influencia de España en la gran obra de la evangelización de los pueblos gentiles.—Suscripción: 6 pesetas al año.

**Revista del Clero Español, mensual.**—No va a desmerecer

de su primera época la segunda, que ha empezado a salir en Madrid. Redactan sus trabajos los profesores del Seminario de la Corte, cuidando de elegir los asuntos más del agrado de los suscriptores. La sección de oratoria sagrada es nutrida y abundante; las demás, discretamente elegidas y tratadas.—Suscripción: 6 pesetas al año (7, por corresponsal).

**La Religión demostrada o los Fundamentos de la Fe Católica ante la razón y la ciencia** por P. A. Hillaire, versión castellana de la 16.<sup>a</sup> edición francesa por Mons. Agustín Piaggio, Barcelona (L. Gili), 1914.—Las xxiv-693 páginas de este libro son un verdadero arsenia! de conocimientos fundamentales de la Religión. Nada falta en él, ni aun las cuestiones que trata la Teología moderna, expuestas con sencillez, claridad, amplitud, solidez y pureza de doctrina. Algún defectillo de lenguaje ¿cómo no perdonárselo a un traductor que no ha nacido en España? Sería muy de desear que esta obra anduviese en manos de todos los católicos y especialmente en las de los catequistas.

**Escuela de Perfección Sacerdotal**, por José Condó y Sambeat. Presbítero, Barcelona, 1914.—Tiene dos partes: la primera, de meditaciones sobre la vida y las virtudes del sacerdote, y la segunda, de meditaciones también acerca de Nuestro Señor Jesucristo y la Santísima Virgen. Dice con mucha razón el censor que es obra «de verdadero mérito y muy a propósito para la satisfacción de la respetable clase sacerdotal».

---

## PEREGRINACIONES

---

**A Tierra Santa y Roma.**—La octava peregrinación, que organiza el exímio católico Sr. Urquijo, saldrá de Barcelona el 6 de mayo próximo y regresará el 22 de junio. Hará el viaje en el vapor *Ile de France*, que tiene camarotes de lujo, preferentes y ordinarios. El precio de los billetes para estos últimos, incluidos todos los gastos, es de 2.200 pesetas en primera clase, 1.500 en segunda, y 900 en tercera.—Dirigirse al Excelentísimo Sr. D. José María de Urquijo, Bilbao.

**A Roma y a los Santuarios de Italia y Francia.**—La organiza en Figueras, D. Juan Casademont, con el beneplácito de los Excmos. e Ilmos. Srs. Arzobispo de Zaragoza y Obispo de Gerona. Itinerario: Barcelona, Marsella, Niza, Génova, Florencia, Asís, Roma, Nápoles, Loreto, Bolonia, Padua, Venecia, Milán, Turín, Lyon y Lourdes. Precios: 680 ptas. en primera clase, 585 en segunda y 490 en tercera.—En esta Secretaría de Cámara se reciben también las inscripciones.